

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection](#)[Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item](#)[Mythologia, Venise, 1567 - VII, 14 : De Orpheo](#)

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 14 : De Orpheo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[95\] : De Orpheo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 14 : De Orpheo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 15 : D'Orphee](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 14 : D'Orphee](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination226v°-228v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Orphée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

Mythologia

Sicenes vnus Musarum filiarum dicitur sunt. ac ille denique in perniciem trahebant auditores; quoniam ubi adulationi locus est, nullus amicitiae, nullus sinceritati, nullus iustitiae patet; quippe cum is, qui magis aliis, quam sibiipso de se credat, ad suauitatem loquencibus, ad omnem vel suam vel suorum salutem & felicitatem conuiueat; minimeq; diligens in rebus agendis efficiatur, opus est. Hec vna causa est cur eam frequenter motati sint principes regionum Italiae, neque idem regulus fuerit diutius eiusdem regionis: cum nihil neque firmitus sit, neq; stabilius eo regno, quod a sapiente principe gubernetur. Qui enim neque Deum neque homines per iniuriam offenderit, quo pacto calamitates patietur, cum vix illi euertere possint, qui sunt facinorosi? aut quo pacto princeps qui a se adulatorem reiciat, vir non bonus, & prudens, & sapiens esse poterit? at de Sirenibus factis, nunc de Orpheo dicamus.

De Orpheo.

Cap. XIII.

Fuit Orpheus, ut sensit Myrleanus Asclepiades, Apollinis & Calliopes vnus Musarum filius, nam quamuis diuersae fuerunt variorum scriptorum de illius parentibus sententiae, tamen Myrleani sententiam secutus **20** Virg. ita scripsit in Pollione;

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamuis, atq; huic pater adsit,
Orphei Calliope, Lino formosus Apollo.

Atque Chæris illum Apollinis filium fuisse tradidit, cum nullam fecerit de matre mentionem, ut est in his carminibus;

*Πρῶτον ἀστραπῆς Στυγὸς ἀποτίοντι Λαῖαν
ἔρρη' ἀπατάλαστος ἀπ' Ἀλλυσιε φιλῶν ἴτα.*

Pieris inimices poenas certè inde luetis,
Quòd cæsus vobis est natus Apollinis Orpheus.

30 Apollonius vero lib. 1. Argonaut. Oeagri & Calliopes filium tradidit fuisse his versibus.

*Πρῶτον ἄνω ἔρρη' ἀποτίοντι Λαῖαν
καλλιόπην Ὀεγρίης φησὶν ἴτα ἰσχυρῶς
ἵαργον σκοπεῖτε ἀστυλῆϊν ἄρχη τολοῦσαι.*

Atque alios inter primum cantabimus Orphea.
Calliope Oeagro peperit Pympleidos illum
Non longinqua iugis, lecto coniuncta iugali.

Alii Oeagri & Polymnix, alii Menippes, alii Thamyridis filium fuisse voluerunt, atque Ialemum & Hymenzum huius fratres fuisse constat. hunc tanta canendi peritia excelluisse inquirunt, ut fluuii ad eius cantum firmarentur, aues aduolarent, feræ properarent, sylux, & saxa, & venti, & omnium vel sensu carentium genera accurrerent, ut ait Horat. lib. 1. Carm.

40

Aut super Pindo, gelido ue in Hæmo
Vnde vocalem temere infecit
Orphea sylux.

Arte materna rapidos morantem
Fluminum cursus, celeresq; ventos.
Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere syluas.

De quo

De quo ita scripsit etiam Apollonius libro primo Argonaut.

αδρα τιν' ειναι πικρασ δρυιασ βρυατ πιτρασ

διδρασ διδρασ ορασ, πεταυωτε ριδρα

φωβιδ' αργιδασ κωιδε εεσματα ραδρα

δενδε δρυιασ ρυρασ οαυ τοδιδρασ

κιδεσ ριχιδασ δαδερμουσ αε β' ιαυρι

διδραιδασ φιδριδασ καυιδασ αριριδασ

Hunc referunt duros lapides & flumina cantu

Detinuisse suæ captos dulcedine vocis.

Sylvestres fagos intra confinia terræ

Threicix, quæ nunc frondent, vestigia cantus

Illius esse ferunt, quas secum adduxerat Orpheus

Vertice Pierio cytharæ dulcedine, & artis.

10

Et quamvis multi fuerunt Orphei, ut testatur Suidas, omnia tamen ceterorum facinora ad vetustissimum Thracem Oeagri filium referuntur, qui, ut ait Zet. hist. 399. chil. 1. Fuit Herculis cogitaneus; ac floruit annis centum ante bellum Troianum. Hic primus omnium apud Græcos de Astrologia scripsit, quod ita ait Lucianus in Dialogo de Astrol. *αλλου δε, ετι ααζ αβιδου, ετι ααζ αβιδου ετρολογιασ αριρι διδε τανουα, αλλα οφιδε δρυιασ ειδρασ ααζ ααλι- ααζ, αβιδου τιδε δνωιδρασ.* At Græci nihil vel ex Aethiopibus vel ex Aegyptiis de Astrologia audierunt; sed illis Orpheus Calliopes & Oeagri filius hæc prior explicavit. Hic idem prior omnibus Bacchi sacra in Græciâ introduxit, primusque in monte Bœotix Thebis, ubi Liber pater natus est sacra illa, quæ Orphica vocata fuerunt, in quibus ipse postea fuit laceratus, instituit; ut ait Lactantius de falsa religione. Hic multa humanæ politicæque vite utilia invenit, ut ait Paus. in Bœoticis; nam & Deorum initia, & uniuersam theologiam primus aperuit, & nefariorum facinorum expiationes excogitavit, & quibus ritibus iratorum Deorum mentes placarentur tradidit, & multa morborum remedia adinuenit, ut ipse de se ipso testatur in Argonau.

20

δρασε ιπιτρουαδιδε τανουα κιδεσ αριριδασ

ιδρασ, ετασ βεακιδε ααζ αβιδρασ αακιδε

αριτρουαδιδε αβιδρασ ααζ ιπιφρασ.

διδρασε αβιδρασ ααζ, οταδ εριρα οιδρασ.

Dicere fert animus quæ nunquam tempore lapsa

Dixi: cum Bacchi, cum Regis Apollinis actus

Sum stimulo, horrenda ut narrarem spicula; & idem

Fœdera cum superis mortalibus, atque medelas.

30

Hic idem scripsit de elementorum inter se generatione mutua, de vi amoris in rebus naturalibus, de Gigantibus cum Ioue pugnantibus, de raptu & luctu Proserpine, de Cereris erroribus, de laboribus Herculis, de Idaorum, & Corybantum sacrorum ritibus, de lapillis, de occultis oraculorum responsis, de Veneris & Mineræ sacrificiis, de luctu Aegyptiorum Osiridis causa, & de illorum lustrationibus; de vaticiniis, de obseruationibus auspicio- rum, de situ fibrarum, de somniorum interpretatione, de signis ac prodigiis, deque illorum expiationibus, de expiatione inferorum, de ratione & motu astrorum, quo pacto Dii irati placari possint, de quibus omnibus se scripsisse testatur in initio suorum Argonauticorum. Fuit vir planè sapientissimus Lini auditor, & ut illa ætas crederet, diuinarum rerum peritissimus.

40

Non

Mythologiæ

Non defuerunt qui Orpheum & Amphionem Magos Aegyptios fuisse arbitratî sint, vt ait Paus. in post. Eliacis. Fama est hunc vxorem habuisse Eurydicen, cuius amore cum flagraret Aristæus, eamque insequeretur, vt captæ vim inferret, illa per loca deuia fugiens à serpente in herba latente ista interit. Tum fama est Orpheum sumpta cithara ad inferos descendisse, Plutoneque placato ac Proserpina cantus suauitate non solum obtinuisse, vt ipse post vitam Eurydicen in lucem rediret, sed etiam vt ipsam Eurydicen secum abduceret; ea tamen conditione ne prius respiceret, quàm ad superos peruenisset, vt ait Ouid. lib. x. et Virg. lib. 4. Georg. Veruntamen cum amoris impatiens illam contra leges inferorum respexisset, antequàm exisset in lucem, illam amisit. Deinde, quia per Tænarum ad inferos descendisset, & de descensu ad inferos, & de iis quæ vidisset apud inferos scripsit, vt ipse testatur in his in Argonauticis;

*ἄλλα δὲ τὸν κερταίῳ ἔμψυχον ἔδ' ἰότα,
 γαίρατος αἰὲ' ἵππο κούριον ἰδὼς ἔδρα δαυ,
 ἔμψυχον ἔδρατος αἰὲρα, δὲ ἔμψυχον ἔδρατος.*

Cætera narraui quæ vidi vt Tænara adiui,
 Umbrosasq; domos Ditis, & tristia regna:
 Confusus cithara, vxorisq; coactus amore.

- 30 Hunc inquit cum ad inferos descendisset, ibi Deorum omnium laudes cecinisse, præterquàm Liberi patris, quem per obliuionem prætermisit; quare iratus Dionysius furorem sua Bacchis immisit, à quibus apud Hebrum fluvium fuit discerptus, membraque eius per agros sparsa, vt à canibus vorarentur, sed tamen à musis dicuntur fuisse collecta, & in Dio Macedoniz loco sepulta, quia supra ceteros Apollinem laudibus mirificis exornasset. Fertur eius caput in Hebrum delectum cum lyra vi fluminis in Lesbum delatum fuisse, atque ibi sepultum. Alii memorant illum post mortem Eurydices cæterarum mulierum coniugium spreuisse, multisque persuasisse hominibus malum ingens esse formidam siue mala sit, siue bona; quare cum multi abstinere à nuptiis formidarum, ab illa per simulata Liberi patris sacrificia fuit discerptus, vt sensit Apollodorus Cyrenaicus in libro de Diis. Alii turpissimam causam tradiderunt, quam ita attingit Ouid.

Ille etiam Thracum populis fuit author amores
 In teneros vertisse mares.

- 40 Paus. in Exoticis indignatus ait Thracum feminas quòd ob cantus suauitatem multos viros secum abduceret: quæ cum liberius merum haussent, illum discerpserit. At Gelous Apollodorus in Philadelphis iudicem Calliopen electam fuisse inquit à Ioue contenditibus Venere & Proserpina de Adonide; quæ cum Adonidem communem adiudicasset Venus indignata mulieres in Orpheum Calliopes filium concitauit. Agatharchides Cnidius lib. 22. rerum Asiaticarum Orpheum scripsit mortua Eurydice ad Aorihum venisse in Thesprotidem, vbi peruetus erat oraculum euocandarum animarum: ibi cum Eurydicen sibi adesse putasset, seque deceptum comperisset, sibi mortem consciuisse. Inde scripsit Paus. Iusciniæ quæ forent circa sepulchrum Orphei in Thracia cantum emittere cæteris omnibus suauioreo. Alii putant Orpheum fulmine ictum concidisse, quòd arcana initiorum profanis & rudibus hominibus diuulgasset. Alii vitæ pertesum post mortem Eurydices sibi manus intulisse inquit præ mærore. Qui laniatum à mulieribus

Heribus fuisse tradiderunt, addunt amnem Heliconem, qui Baphyra apud
 Diatas vocatus fuit, ex eo tempore se sub terras occultasse, quo mulieres
 Orpheum occiderunt, ne illius sanguine pollutis fœminis aquas ad expiatio-
 nes supplicaret; quem sepultum ad Pieriam scribit Apollodo. lib. primo.
 Hæc ea sunt, quæ de Orpheo memoriæ sunt prodita ab antiquis: nunc cur
 ficta sint explicemus. Orpheus Apollinis & Calliopes filius fuisse dicitur
 vel Polymnia, quoniam vir fuit artis dicendi & metro præcipuè præstantissi-
 mus; atque omnes viri boni Deorum filii dicti fuerunt; quod animæ insi-
 gnum virosum ex aliqua spherarum & è sole præcipuè in hæc corpora de-
 scendisse putarentur. Hic idem cum in rudes adhuc mortales incidisset, qui
 sine vilo morum delectu, & sine legibus viverent; ferarumque ritu per agros
 nullis conditis tectis vagarentur, tantum dicendo, & orationis suavitate va-
 luit, vt ad mansuetius vitæ genus homines traduxerit, illos in vnum locum
 conuocarit, ciuitates condere docuerit, legibusq; ciuitatum obtemperare,
 matrimoniorum fœdera seruare; quod fuit antiquorum poetarum manus
 creditum, & est re ipsa, sicut ait Horat. in arte poet.

10

Syluestres homines facer, interpretesq; Deorum

Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus.

Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosq; leones.

Dictus & Amphion Thebæ conditor vrbis

Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda

Ducere quò vellet. fuit hæc sapientia quondam,

Publica priuatis fecernere, sacra profanis.

Concubitu prohibere vago, dare iura matris.

20

Hic vsus est septem chordarum prior instrumento musico, ad septem pla-
 netarum imitationem ac rationem, vel longitudinis, vel intensionis, vel ma-
 gnitudinis, vt dictum fuit. Sapiens omnino erat antiquorum illud poetarum
 genus; non autem, vt ferunt nostra tempora, in sola verborum mensura &
 metro putabatur vniuersum poetice facultatis artificium consistere. neque
 adulantes principibus hominibus vt aliquod munusculum aucuparentur,
 quidquid in mentem veniebat, effutiebatur, sed ea erant carmina poetarum,
 vt pro sanctissimis legibus haberentur; si pius quo ciuitates de re aliqua cõ-
 tendentes tanquam grauisissimi iudicis sententia alicuius poetæ carmine vsq;
 fuerunt. Hic tanta vi dicendi fuisse dicitur, vt consternatos animos morta-
 lium, & ob aliquam præsentem calamitatem in desperationem lapsos, eie-
 xerit, & in priorem statum reduxerit, atque ad tranquillitatem reuocarit.
 Hoc qui facere possit, cæteris hominibus præstantior est iudicandus: nõ qui
 sibi soli viuat, & vt congeitis opibus solus, ita sapientie bonis perfruatur,
 cæteris hominibus prius inutilis, tanquam nusquam esset natus. Hic
 igitur placatis inferis, animi perturbationibus scilicet, Eurydicen in lucem
 adducere conatus est, quæ, vt nomen ipsum significat, nihil aliud est quàm iu-
 stitia & æquitas. Fuit rursus ad inferos illa retracta ob nimium Orphei amo-
 rem, quia neque iusticie quidem opus est nimis esse cupidum, cum pertur-
 bationes animi placentur ratione; atque si quis paulo fuerit in hac re negli-
 gentior, tanquam ab aliqua vi externa repellitur, & eodem relabitur. Sem-
 per igitur viro bono vigilare conuenit, neque nimis cedere vel honestis cu-
 piditatibus, quæ in grauisimas animi perturbationes inducant. Quod si
 quis tamen cupiditatibus cesserit, ille postea vel in maximas calamitates il-
 labetur.

30

40

labetur.

labetur, vel in miserimum mortis genus incidet. Ut igitur moderationem animi affectibus adhibeamus, neque quidquam nimis ex animo optare utile esse intelligamus, hæc ab antiquis de Orpheo memoriæ prodita fuerunt, ac de Orpheo satis, nunc de Musis dicamus.

De Musis.

Cap. XV.

10 **M**USÆ, quæ poëtarum præfides, omniumque cantilenarum autores fuisse putabantur, Iouis & Mnemosynes filix dictæ sunt, veluti testatur Orpheus in hymno in Musas hoc pacto;

Μνημοσύνη καὶ Ζεὺς ἱερὸν δέπουσιν ἐξέστρεψαν

Μῦσαι σφίσις γενεᾶν ὄνομα, ἀρχαῖσφι ποίησι.

Mnemosynesq; Iouisq; fatas de semine canto

Pieridas Musas, præclaræ numina famæ.

Et Hesiodus in Theogo.

μνημοσύνη δ' Ἰφιδίης ἱεράωντι καλλιόρῳσι.

Ἰφιδίη δὲ αἰσῶσι χρυσῶσιν ὄνομα θεοῖσιν ἔστι,

Ἰφιδίη, τῶν τε ἀδελφῶν, καὶ τῶν ὄνομα δέσποιν.

Mnemosynen pulchram dilexit Iupiter, ex qua

Inde nouem Musæ claræ nascuntur: & illis

Sunt semper cantus cordi, & conuiuia læta.

20

Cicero lib. 3. de nat. Deor. ex altero Ioue natas esse quatuor Musas scribit, Thelxiopen, Mnemen, Aëden, Meleten. E tertio Ioue nouem & ex Mnemosyne: e tertio item Ioue Pierias & ex Antiopa, prioribus pares numero. quæ ordines & si tres fuerunt, tamen Iouis & Mnemosynes omnes filix dicuntur; atq; natæ sunt in Pierio monte, vt ait Zex. hist. 90. chil. 6. Scribit Paus. in Bzoticis primos omnium A Ioei filios tres Musas sanxisse. coli religione oportere, Meleten, Mnemen, Aëden: mox Piefum Macedonem cum Thelspias venisset, instituisse vt nouem Musæ his ipsa nominibus, quibus in hæc usq; diem vocatæ sunt, colerentur. At Aristocles in libro de Choris tertio filias nouem Piero fuisse scribit, quas ille de nominibus Musarum appellauit, ex quibus nati sunt illi, qui Musarum filii dicti sunt a Græcis. Mimermus vero Cæli filias fuisse Musas credidit, Ioueque fuisse antiquiores: cū alix etiam minores natu Ioue fuerint. Scriptum reliquit Euphranor in lib. de Tibicinibus Euphemen nutricem fuisse Musarum. Alii Memnonis & Thelspias filias putarunt. Fuerunt apud Thelspientes Musarum Iudi, qui Musæ dicti sunt; in quibus proponebantur cantilenarum & harmoniæ præmia victoribus. Has Deas fuisse sacrorum conuiuiorum, quæ sunt per lustrationes, & solennitatum, & omnis lætitiæ præfides, significauit Orpheus ita in hymnis;

30

οἱ τὰν τετὰ θεῶν ἀιδίσις ἐστιν ἡμῶν τὰν δέσποιν.

Rite vitis, quæ ostendistis conuiuia sacra.

Eadem & carminum & musicæ inuentrices fuerunt, & totiùs sapientiæ moderatrices, sicuti testatur idem Orph.

αἰὲν. Σὺν ἐσθίῃσι ἱερῶν ἡμῶν ἱεστῶν.

Temonem factæ sophiæ hæc audite tenentes.

Plutarchus tamē in libello de Musica ex Heraclida sententiā non Musis, sed variis hominibus carminum inuentionem cōcessit, qui primam citharæ inuentionem

uentionem